

Pia memoria, viri maxime
reverendi ... dn: Jacobi
Flachsenii, s.s.
theologi...

Tammelín, Laurentius Gabrielis,

1 Ic 1694 Flachsenius, Jacob



National Library
of Sweden

PIA MEMORIA,
VIRI

Maxime Reverendi & Amplissimi,

Dn: JACOBI
FLACHSENI,

S. S. Theologiæ Doctoris Celeberrimi,

Professoris ejusdem Facultatis primarii,

Ecclesiarum Aboënsium & Nummenis
Pastoris & Archipræpositi longe meritissimi,

Consistorii & Ecclesiastici & Academici

Affessoris Senioris Gravissimi;

Qui

Dominica Quinquagesima,

Anni M DC XCIV.

Positis bujus Corporis exuviis, cæcissima spe gloriose resumenda.

Felicissime, vitam caducam cum meliori,

Mortalitatem cum immortalitate permutavit,

Et inde ipsis Calendis Majis,

In Cathedrali Templo Aboënsi, pompa solemni,

terre visceribus mandabatur.

A tenebris & oblivione vindicatus.

Per

Beati Dn. Doctoris

Clientes & Discipulos.

LAVRENTIUS TAMMELIN



215
27



EPITAPHIUM.



Hic jacet Christi celebris Sacerdos,
Pastor Arctoi Populi colendus,
Doctor, Antistes, Pater & Profes-
sor
Noster amandus.

Ecce JACOB FLACHSENIUS caduca
Morte sublatus, subitoque raptus
Hic jacet lassus, locat ac in urna
Frigida membra,
Ergo, si fas est, videas Viator
Tutus ut vivas, scelerisque purus;
Sæva nam tollit Libitina cunctos,
esto paratus !!

*Hæc pauca mæsto animo scripsit Ampliss:
D. Doctoris Servus dum vixit,
officiosus.*

LAURENTIUS TAMMELIN.



Eheu!
Lugete
Ad Polum Arcticum,
Finnonica rura,
Aboica recta, templa, auditoria, rostra, subsellia
Lugete!
Ecclesiarum Sacra,
Theologorum Collegia,
Philosophorum Palladia,
Patres & Cives Academici omnes
Lugete!
Mutate vestem,
Tragica induite sarmata,
Incedite pullati,
Rigate genas,
In justam Querelam, in Singultus & Lacrymas
Pectora & Voces laxate!
Adest, heu! feretrum.

V I R I

Amplissimæ Dignationis,
Summæ Eruditionis,
Virtutum & meritorum fama
Celeberrimi Domini:
Doctoris JACOBI FLACHSENI;

Summæ Facultatis,
In Regia ad Auram Universitate,
Professoris Primarii,
Ecclesiarum Urbis, Nummenisqve
Pastoris & Archi-Præpositi longe dignissimi,
Consistorii Utriusqve Assessoris gravissimi,
Philosophi & Theologi Consummatissimi.

O rerum. deplorandas vices!
Quam funestam sortis faciem res nostræ induerunt!

Orba

Orbata est
Religio, in magno Ducatu Finlandiæ, Defensore acerrimo,
Septentrio Doctore Ecclesiastico insigni,
Aboa Pastore fidelissimo,
Cathedra Academica Disputatore Excellentissimo,
Doctores Collega & Fratre Svavissimo,
Nos Magistro, Patrono, Patre longe desideratissimo
Quem Musa, quem Salus publica, quem Bonus quivis
Dignum,
Qui mori non deberet,
Si mortuus non esset,
Merito Judicaret;
Ast,

Mortuus ne est **DOCTOR FLACHSENIUS?**

Nihil minus;
Jam demum vere vivere incipit,
Vita namque nostra Mors est, Mors Via in Vitam,
Ergo, Beate Doctor, beatus vivis:

Vivis in Cælo,
Vivis & in terra,
Nomen quippe Tuum, Tuasque Virtutes
Nulla verustas abolere,
Nulla memoria,
Nulla aras tacere debet.

Sic
Insuperatum; sed piuum,
Immuturum; sed placidum,
Tristem; sed in conspectu Dei speciosum
Beati DOCTORIS obitum
Mæstus luget,
Amplissima Familia
Cultor devotus

SAMUEL FLORINUS, B. F.